



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal:  
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

**Spirens., 1660**

21.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**



post diem possessionis adeptæ, fidei professionem edant, fructus suos non faciant, Trident. sess. 24. cap. 12. de Reform. ex inhabilitate acquirendi dominium bonorum incertorum, quæ v. g. ex furto, usura, rapina, possidentur, & propriis Dominis restitui non possunt, ea enim pauperibus erogari debent, aut aliâ ratione compensari, ante omnem Judicis sententiam. cap. cum tu de usur.

21. Aliud sentiendum de lege Civili in pœnalibus, maximè si pœna nimium dura per ipsum reum exequenda foret: nisi clarè appareat talem esse legislatoris mentem, nam legem humanam oportet esse naturæ ac moribus hominum accommodatam, est autem valdè alienum à natura, ut idem cogatur esse reus, occulti sui criminis proditor, ac justitiæ executor Laym. lib. 1. de leg. Tract. 4. ca. 15. n. 3. ut propterea 1. qui ob crimen hæresis aut læsæ Majestatis, pœnam confiscationis bonorum ipso jure incurrit, possit licitè & validè ante Judicis sententiam alienare bona sua. L. 5. & ult. C. ad L Juliam Majestatis 2. Beneficiarius possit beneficium retinere do-  
nec



nec declaretur delictum, propter quod  
privatus est ipso facto: nisi fortè dicatur  
in lege, pœnam in foro Conscientiæ sta-  
tim subeundam esse *Azor Tom. 1. lib. 5. cap.*  
*7. q. 6. 3* Superior Religionis incidens  
in aliquem casum absolutionis seu priva-  
tionis ipso facto Prioratus, etiam si palàm  
constet de crimine, non incurrit dictam  
pœnam, donec per superiorem declare-  
tur, & consequenter tutâ conscientiam, ma-  
nere potest, nec potest à subditis expelli à  
gubernatione, *Ioann. Valer. in differ. utriusq;*  
*fori, Verb. pœna. differ. 20. n. 4. 4.* Is qui est  
causa, ne quis persolvat pœnam à lege sta-  
tutam, aut ne condemnetur ad pœnam à  
lege justè impositam; ut si Fiscalis non  
accuset, & Judex non condemnet, si testis  
vel reus juridicè interrogatus crimen ne-  
get, si contrahens pœnam conventiona-  
lem in contractu appositam non obser-  
vet, restitutionis onere deobligetur, nisi  
Judicis sententia declaratoria accedet, *Sa-*  
*las de legibus disp. 13. S. 8. n. 105. Less. lib. 2. cap.*  
*13. Dub. 10. n. 73. & cap. 20. dub. 15. n. 16.* de-  
nique, qui jure ipso ob crimen aliquod  
voce activâ aut passivâ privatus est, hanc  
pœnam



pœnam subire non tenetur, nisi Judicis  
sententia accedat. *Molin: Tr. 2. de iust: Tom:*  
*1. disp: 13. S. 2. n. 15. Laym: Tr. 4. cap. 15. n. 5.*  
*Malder: q. 56. a. 4. membr: 4. Bonac: de leg:*  
*disp: 1. q. 1. pnuēt: 7. n. 10.*

22. In criminibus mixti fori, de quibus  
Glossa in cap. cum sit generale. de foro  
competenti possunt Judices Ecclesiastici  
contra Laicos procedere, non tantum in  
censuris, sed prætereà in eos possunt exer-  
cere Jurisdictionem contentiosam; cap. ut  
animarum de constit. in 6. cap. Episcopus de of-  
ficio ordin: in 6. cap. Omnes Basilica 16. q. 7. L.  
2. ff. de jurisdic. omn. jud. & clarius Clement.  
1. §. Sanè de Hæret. & Can. contra Idolorum  
juxta Gloss. ibid: 26. q. 5. Et in cap. attenden-  
dum 16. q. 4. Et in cap. 2. de adulterio. In qui-  
bus Episcopus Laicos capere & incarcerare potest.  
daturq; locus præventioni, quæ fit non  
tantum citatione verbali, cap. Proposuisti  
19. de foro comp. L. si quis postea ff. de Judic. sed  
multò magis citatione reali, verb. gr. via  
Capturæ, quæ ratio citationis longè præ-  
ponderat verbali, ut notat Boss. tit. de foro  
Comp: n. 130. Felinus in hunc totum casum  
cap. cum sit generale n. 20. Ex quo deducunt  
ali-